AUGUSTINUS
Admont, Mitte 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26830
Copyright: Admont, Benediktinerstift



in epla sua clamat. Si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos se du
cimus. & veritas in nobis non est. Et in hoc quidem libro cuius nomen est apokalipsis.
obscura multa dicuntur ut memetipsum legentes exercean. & pauca in eo s. exque
manifestatione indagentur cetera cum labore. maxime quia sic ecclesie multus mo
dus repetit. ut alia atq; alia dicere videatur. eundem atq; alium hec ipsa dicere in
vestigetur. Verum in his verbis ubi ait. absterget ds omnem lacrimam a oculis
eorum. & mors iam non erit. non erit neq; luctus. neq; clamor. s; nec ullus dolor.
tanta luce dicta sunt de seculo futuro. & de immortalitate atq; eternitate seculi.
tunc enim solum ita non erunt. ut nulla debeamus in illa sacris querere
ut legere manifesta si hec putaverimus obscura. Hunc iam videamus qd eadem
apls Petrus de hoc iudicio scripserit. Venient inquit in novissimo dierum illusi
one illudentes. secundum proprias concupiscentias suas eantes & dicentes. Ubi est
promissum presentie ipsius. ex quo enim patres dormierunt. sic omnia perseverant
ab initio creature. Latet enim illos hoc volentes. quia celi erant olim. & terra de
aqua. & per aqam constituta di verbo. per qm qui tunc erat mundus aqua mersus
periit. Qui autem nunc s celi & terra. eodem verbo reposita sunt igni reserva
di in die iudicii & perditionis hominum impiorum. Hoc vero unum non latere vos
volumus. quia unus dies apud dnm sicut mille anni. & mille anni sicut unus dies. Non
tardat dns promissum. sicut quidam tarditatem existimant. s; patiens est propter
vos. nolens aliquem perire. s; omnes in penitentiam conveniri. Veniet autem dies dni
tanquam fur in quo celi impetu magno transibunt. elementa autem ardentia
resolvuntur. & terre. & que in ipsa s opera exurentur. Hos igitur omnium peribus
quales oportet vos in sanctis conversationibus esse expectantes. & properantes ad presentiam
diei dni. per qm celi ardentes solventur. & elementa igni ardore decoquentur.
Novos autem celos & terram novam sedm promissa ipsius expectamus. in quibus iustitia
inhabitat. Hiehl hic dicit de resurrectione mortuorum. s; sane de perditione huius
mundi satis. ubi et commemorans factum ante diluvium videtur admonuisse
quodam modo futurum in fine huius seculi mundum nec solum orbem terre verum et
celos quos utq; istum futurum esse credamus. Nam et illo tempore perisse dicit
qui tunc erat mundus. nec solum orbem terre verum et celos quos utq; istos
aereos intelligimus. quos locum et spacium nunc aqua crescendo superaverat.
Ergo totus aut pene totus aer iste nimbosus. qd celum ut poeta celos vocat. s; utq;
istos imos. non illos supremos. ubi sol et luna et sidera constituta s conversis
fuerat in humidam qualitatem. atq; hoc modo cum terra perierat. cui terre utq; por
facies deleta fuerat diluvio. Qui autem nunc s inquit celi et terra eodem verbo
reposita s igni reservandi in die iudicii et perditionis impiorum hominum.
Simile qui celi et que terra. id est qui mundus proto mundo qui diluvio
periit ex eadem aqua repositus est. ipsi igni novissimo reservantur in die iudicii et